

Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliae Catholicae De Sacris Arcanis Deiparæ Mariæ Et Iosephi

Cum quadruplici Indice

**Cartagena, Juan de
Coloniae Agrippinae, 1613**

Homilia Decimatertia. Multiplici expositione elucidantur verba illa:
Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo: insuper de magnitudine huius
exultationis disserere incipimus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51414](#)

HOMILIA XIII.

Multiplici expositione elucidantur verba illa: Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo: insuper de magnitudine huius exultationis disfere incipimus.

A G N Y S Pater S. Ambrosius sympathiam, & similitudinem non modicam inueniens inter veterem illam **Mariam** sororem Moysis, & nouam Mariam, Christi matrem, dixit: **M**ultas feminas scriptura diuinam, in lucem duxit, palmarum tamen publice salutis solis virginibus dedit. In veteri testamento terra, ac mari clauso hebreorum populum Virgo per maria duxit, in Euangelio autorem mundi, & redemptorem Virgo generavit. sed non solum in hoc similes fuere, sed & in prophetiae dono, quia sicut illa fuit propheta, etiam & Deipara Maria, iuxta illud Isaiae in persona Dei dicentis: Accessi ad prophetiam, & concepit, & peperit filium: quod si Maria illa soror erat Moysis legislatoris, & Aarons summi sacerdotis, haec pariter soror, & mater est Christi supremi legislatoris, ac summi sacerdotis; unde ipse vtramque hanc cognationem sororis, & matus, illam secundum spiritum, hanc secundum carnem recognoscens, in Canticis vocat illam: Soror mea, & sponsa: in Psalmis vero fatetur se eius esse filium: Ego seruus tuus, & filius ancillae tue: ac tandem sicut illa post liberationem populi Israelitici à Pharaonis durissima feruitate, & illius, ac reliquorum Aegyptiorum in mari rubro submersione cum summo iubilo, & exultatione magnificabat Dominum percelebri illo Cantico: Cantemus Domino: gloriose enim magnificatus est, equum, & ascenforem deiecit in mare: non secus B. Virgo aduentu Christi

inceptam iam humani generis redemtionem celebrans, velut diuina tympanistica ob tantum beneficiū gratias Deo agens, intonuit celeberrimum hoc canticum, *Magnificat anima mea Dominum: cū Luce, &c.* autem continuo subiunxit: Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo, per qui rūt Interpretes, quod nam sit discrimen istud inter animam, & spiritum. Sanctus Thomas super Epistola ad Hebreos, ait: *Spiritus in nobis dicitur illud, per quod communicamus cum substantiis spiritualibus, anima per epist. ad ma verò illud, per quod communicamus cum Heb. cap. 4. bruis, & sic spiritus est mens humana, intellectus scilicet, & voluntas.* didicit hoc D. Thomas à D. Augustino super ca. 7. Gcneficos, dicente: *Dicitur spiritus ipsa mens D. Aug. I. rationalis, ubi est quiddam tamquam oculus 22. de Gen. anima, ad quem pertinet imago, & agitio ad literam Dei. Vterque tamen discrimen hoc mutuauit à verbis illis D. Pauli: *Vt integer spi- 1. ad Thes. 5. ritus vester, & anima, & corpus conservetur.**

Gregorius enim Nislenus sic illa interpretatur: *Spiritum Apostolus rationale par- Greg. Niss. tem indicavit, animam verò dicens, indicavit apud Theopartem sensiuam: itaque anima sumitur phil. super pro inferiori portione hominis, quæ illi 1. Thess. c. 5. cum carnis animantibus communis est, quia vegetabilis, & sensibilis est, sicut illa; spiritus verò pro superiori portione, per quam homines Angelis similantur, ab hac expositione non abhorret illa alia Cardin. Hugonis, dicentis: *Animam, & spi. Hugo Card. ritus idem sunt, sed anima dicitur, in quantum super Mag- animat, & vivificat corpus, unde hic bene vi- nif. uendo magnificat Deum qui fecit eam, spiritus autem dicitur, in quantum cœlestia contem- platur, cuius proprie est exultare in Deo.* Alij (vt idem discrimen magis explicit) dicunt animam sumi pro vita ipsa vegetabili, & sensibili, spiritum vero accipi pro acumine rationis, pro apice mentis, pro intelligentia scintilla, seu synderesi. at Cornel. Iansenius, licet probet huiusmodi discrimen, putat Marianis verbis apta- Corn. Ians. ri minime posse, cuius satius apparentem in concordia reddit rationem in haec verba: *Hoc tamen Euang. super differentia hic locum habere non videtur. Magnifi-**

Hhhh

Neque

Neque enim conueniens aliqua ratio assignari potest, quare animam dicat magnificare, spiritum vero exultare, cum aequa apie dicere posset spiritum suum magnificare, anima vero exultare, nam Psalmista: *Animam inquit meam exultabit in Domino, & delectabitur super salutem suo*. Proinde quod prius dixit, animam, postea dicit, spiritum. *Hebreorum more dixit, quibus solemne est idem (in canicis maxime) sub aliis repetere verbis.* Hoc idem prius illo docuit Hugo Victorinus, in hac verba:

Hugo Vict. Idem fortasse alio verbo repetitum est, nam ad super Magni animam & spiritum, in homine idem est, quamvis aliud anima, & aliud spiritus notet. Ego vero salua pace tantorum Doctorum existimo, per spiritum hoc loco Deiparam intellectissime solam voluntatem suam, quia inter tres potentias spirituales animae, ad solam ipsam pertinet exultare, & gaude-re; vnde quia anima per omnes suas potentias, dum ad Dei gloriam quecumque agunt, operantur, iuxta illud Pauli: *Sive manducatis, sive bibitis, omnia in gloriam Dei facite: verè Deum magnificat*, ut annotauit D. Chrysostomus. ideo B. Virgo scit.

D. Chrys. bo. dixit: *Magnificat anima mea Dominum, quia*

14. op. imper. tamen exultare, non ad omnes animas potentias, sed ad solam voluntatem spiritus, sapienter subiunxit: *Et exultauit spiritus meus: (id est voluntas mea) in Deo salutari meo* & forte hunc sensum, & intelligentiam contendunt, qui in commen-tario huius loci docent per spiritum intel-ligi hoc loco partem illam, per quam homo est imago Dei, est autem sententia

D. Damasc. D. Damasceni hanc esse libertam voluntatem, qua praediti sumus, quippe sicut Deus liberum habet arbitrium, & dominus est suarum actionum, ita homo perfecto adeo super suas operationes dominio præstat, ut nihil sit, quod eius voluntatem cogendo infletere valeat.

Gal. 2. 28. Addit deinde B. Virgo: *Spiritus meus: certe spiritus Virginis spiritus erat Christi, iuxta illud D. Pauli: Vnde ego, iam non ego, vivit vero in me Christus, quomodo ergo beata Virgo dicit: Spiritus meus: immo propter hanc eandem rationem, po-*

tuit beata Virgo dicere *Spiritus meus*, quia omnia bona erant filio, & matri communia, vnde hoc ipso quod spiritus matris erat spiritus Christi, poterat ipsa vocare illum spiritum suum. Dixit etiam *Spiritus meus* ad differentiam eorum, qui cum proper peccata sua diaboli seruituti se subiugarunt, aut carnis illecebris, aut huius mundi diuinitatis, & vanis honoribus se tradiderunt spiritus quidem illorum non tam ipsorum, quam diaboli, carnis, & mundi est, iuxta illud: *Qui facit peccatum, servus est peccati: Ioseph*, cum igitur B. Virgo nullius alterius, quam Christi seruituti subiaceret, cui seruire regnare est, iure optimo dixit *Spiritus meus*. Adhac legimus libro 2. Regum, quod 2. Reg. 24. Daudí volens altare Domino edificare, & in eo offere ei holocausta, noluit ex gratuito oblationis ab Areuna id præstare, sed pretio ab illo quidquid opus erat, emit, ut sic non aliena, sed quae sua propria essent, Deo offerret: sic Deipara voluntate Deo referre gratias, ut significaret se non aliena, sed propria in gratiarum actionem Deo offerte, notanter dixit: *Exultauit spiritus meus.*

Porrò iam de magnitudine exultationis, ac de varijs causis illius, quam Deipara Matris voluntas persenserit, ex professo discere incipiamus. hanc exultationem Virginis altius perpendens doctiss. Rupert. exclamauit, dicens: *O beata Maria, inmunda gaudijs, vis amoris, torrens voluptatis tota, e canore operitur, totamq; obtinuit, & sensibili quod oculis non vident, nec auris auditum, nec in cor hominis ascendit.* Equidem si Propheta Zepharias sub metaphora *filiæ Sion, & filia Ierusalem* dilectam Dei plebem ad latitudinem magnam inuitat, his verbis: *Exulta fatus Zeph. 9. filia Sion, iubila filia Ierusalem; ecce Rex tuus venit tibi iustus, & salvator.* Et si pater Abraham ex sola prophetica cognitione Verbi incarnati, ea singulari alacritate fuit perfusus, de qua Christus Dominus: *Abraham pater vester exultauit, ut videbet Ioseph diem meum, vidit, & organis est: ac tandem ut penè innumeros antiquos patres retineat, quos sola venturi Christi cogitatio singulari*

gulari gaudio demulcebat, Prophetā Ha-
baceū tantum referat, qui sola redem-
ptoris quem desiderabat memoria, inter-
nam latitudinem intus continere non va-
lens, in externa illa exultationis verba
prorupit: *Ego autem in Domino gaudabo, &*
exultabo in Deo Iesu meo: quanto, quæso,
maiori lætitia credendum est Virginem,
exultasse, que non tropos, & figuræ, non
imagines, & vmbras incarnati Verbi di-
uini, sed ipsum Verbum diuinum huma-
na carne induitum, in utero suo, ex proprio
sanguine conceperat? Prædixerat hanc
Virginis exultationem Isaías: *Exultabis*
in Domino, & in sancto Israele Letaberis: fed
plenus idem Prophetæ idipsum vatici-
nans, dixit: *Letabitur deserta, & invia, &*
exultabit solitudo, & florebit quasi lili. Ger-
minans germinabit, exultabit letabunda, &
laudans, gloria Libani data est ei, decor Car-
meli, & Saron: deserta quidem, & invia
fuit B. Virgo, cum de ea prædictum esset:
& vir non transibit per eam: partus eius in-
star floris fuit; quia sicut hic absque ho-
minis cultura in deserto nascitur, ex sola
fecunditate terræ, & cœlesti solis virtute,
ita Christus, qui de scipio ait: *Ego sum flos*
campi, ex terra secunda Mariæ, & cœlesti
virtute Spiritus sancti in eam superuenie-
te, conceptus, & natus fuit: gloria Libani,
qui candor, interpretatur, data est ei, ad sig-
nificantum virginitatis candorem, quo
B. Virgo minifice effusit: *decor etiam Car-*
meli non ei denegatus, qui erat maxima
fructuū vberitas, cum vetere terra virginea,
ac semper benedicta Mariani vteri fructuū
super omnia benedictum, quo fideles in
via nutriuntur, & in patria beati velcun-
tur, intacta manens produxit. Refert
Beda, quod Elias in monte Carmelo, vt
colligitur ex Reg. flexis genibus orauit
Dominum, & post longam siccitatē plu-
uiam ab eo impetravit ad irrigandam ste-
tilem terram; mihi sanè videtur nunquā
montem Carmelī maiorem decorē ha-
buisse, quā cū præsentia Eliæ ad Domi-
num sic orantis ornabatur, non dissimiliter
ex nullo capite maior vñquā decor infuit

Mariæ, quācum in ventre eius affuit
æterni Patris filius, humana carne indu-
tus, orans, ac deprecans, vt sterilem terrā
generis humani, peccatorum spinas, &
tribulos germinantem, inundantis diui-
nae sue gratiae pluvia irrigare dignaretur. Aptè sane tunc dici posset Virginis:
Exulta, & lauda habitatio Sion, quia magnum Israh. 12.
in medio tuis, sanctus Israël: hanc ergo præ-
sentiam diuinitatis corporaliter in ea in-
habitantis persentiens Matia exultabat
lætabunda, ac præ exuberantis gaudi copia
in exultationis canticum prorupit
dicens: *Exultauit spiritus meus, in Deo salu-*
tari meo. Poterat B. Virgo tunc potiori iu-
re, quam lob, verba illius sibi usurpare:
En ventre meus quasi mustum, absq; spiracula-
lo, quod lagunculas nouas disfrumpit, loquar,
& respirabo paululum: aperiam labia mea, &
respondebo: 3 Respondebo (inquam) B.
Elisabethæ me laudanti, quia lætitia, &
exultatione cor meum plenum adçō fer-
ueret, vt silentij lagunculas disrumpens,
non possit se continere, quia externa vo-
ce in diuinæ laudes profiliat. Ad hoc ar-
bitror alludere verbum illud *exultauit*,
quod consulò mihi videtur usurpare
Virgo, tūm quia cum lætitia importet in-
teriorē animi alacritatem, exultatio
verò (quæ extra saltatio, apud latinos in-
terpretatur) gaudium denotet, externo a-
liquo indicio corporis manifestatum, vt
obseruauit Albertus Magnus in commen-
tario huius loci; ideo Deipara, vt signifi-
caret lætitiam eius talis conditionis esse,
vt melius quam David dicere potuisset:
Cor meum, & caro mea exaltaverunt in Deum Psal. 83.
vivum: idcirco non usurpat verbum le-
tandi, sed exultandi; tūm etiam vt signifi-
caret lætitiam eius non se continuo in-
tra latibulum voluntatis, sed se ultra effu-
disse in appetitum sensituum, qui etiam
sub nomine spiritus aptè intelligitur, iux-
ta communem naturalium Philosopho-
rum, ac Medicorum sententiam, quibus
trita, & familiaris est diuilio spiritus in
vitalem, sensibilem, & motuum; vitalis
resedit in corde, velut in vitæ fonte:

Hhhh 2 sen-

sensibilis in cerebro, habetque se instar vehiculi virtutem animæ sensibus defensentis ad exercitium suarum operationū; motius tandem sedem habet in epate, vnde omnia membra virtutem ad se localiter mouendum mutuant: dicens ergo B. Virgo: *Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo: perinde tuit, ac si dixisset: exultauit spiritus meus vitalis, in Deo, exultauit spiritus meus sensibilis in Deo salutari, exultauit spiritus meus motius in Deo salutari meo.* vel aliter: *Exultauit spiritus meus vitalis in Deo patre, qui instar cordis est fons vita, à quo emanant reliqua diuinæ personæ: Exultauit spiritus meus sensibilis in Filio, quia sicut cerebrum est, in quo specialiter residet intellectus, ratio, & sapientia, ita Filius est, in quo sunt omnes thesauri sapientie, & scientie Dei,* *Exultauit tandem spiritus meus motius in Spiritu sancto, quia spiritus sanctus instar epatis huius mystici corporis vim motuum ad progressum spiritualem impertitur, iuxta illud Ezechielis: *Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur.** Cum igitur B. Virgo propter copiosa gratiae plenitudinem, qua anima eius exuberabat, non tam sibi, quād Deo viueret, non tam sibi, quād Deo sentiret, non tam sibi, quād Deo moueretur, & vigilans, ac dormiens tota esset in Deo homine absorpta, veracissime canere poterat, exultauit spiritus meus, vitalis, sensitius, & motius, in Deo salutari meo.

Vt tamen magnitudo huius exultationis magis nobis innotescat, obseruandum est, quod solet gaudiū, & exultatio multis ex causis prouenire. tum ab re diu, multumq; desiderata, & præter spem obtenta: tum ex inuentione thesauri, cuius præ gaudio vadit inuentor, & vendit uniuersa, quæ habet, vt emat agrum in quo latet: tum de filio nato in mundum gaudium concipitur, iuxta illud: *Cum peperit filium, iam non meminit pressuræ propriæ gaudium:* tum de victoria parva in bello, iuxta illud: *Sicut exultant vittores capta preda, quando dividunt spolia, tum de presen-*

Luc. 1.

Coloss. 2.

Ezech. L.

Iohann. 16.

Isa. 9.

tia sponsi, & dignitate per matrimonium habita: *Gaudet sponsus super sponsa.* Talijs 62, fuit gaudium, & exultatio Virginis: nam in primis incarnationem, quam iusti, & sancti, & reges, ac prophetæ desiderauit, & propter quam Abraham exultauit, vt Matheus 17, videret diem eius, Maria prima excellenti sua fide, & humilitate obtinuit, cum tamen nihil minus fortasse, quam de se Luc. 1, cogitaret. Deinde, quia ipsa prima inuenitum cum, in quo sunt omnes thesauri sapientie, & scientie, nec pro se tantum, sed pro omnibus inuenit hominibus, nam illi dictum ab Angelo est, inuenit nisi gratiam apud Deum, quam gratian illa libenter in omnes effundit, vt mater pientissima: neque ob aliam causam Christum in manibus gestare depingitur, quād, vt ipsam nobis ad donandum filium suum perfacile esse, & promptam intelligamus. Tertio, si magna aliqua de ortu filij, quem qualis futurus sit ignoramus, letitia concipitur, quæ fuit quædo virginis luxuria, & exultatio, que Dei filium in se incarnandum nouit, nec Genes. 3, nisi expresso suo consensu, & voluntate, & de se sola sine opera vitiæ profectò latissimus gaudiorum campus Virginis patuit, in quo mirificè exultare, & recreari potuit. Quarto laxata est de gloriosa cōtra serpentem antiquum per humiliacionem filii Dei parta victoria: siquidē Maria filio Dei arma expugnandi dœmenem nem pēcatum, & sanguinem contrulit. Deinde & ipsa caput illius contruit, hoc est, peccatum originale, quod ceterorum criminum caput, & origo est, vel omnino quilibet suggestionem maligni spiritus, quam ipsa Virgo corpore, & spiritu sancta, aduersus cacodemonem carnalia vel superba fuggerentem facile superauit. Deinde, gauisa est B. Virgo de præsentia filii Dei, qua salua virginitate sua, eius mater est benedicta, sponsaque dilectissima, concipiens in spiritu omnes electos, eorum salutem iuuando, illamq; precib; affiduis à filio impetrando. Cum autem ascro Deiparam gauisam fuisse de-

Luc. 1.

B. C.

de Ch.

racim.

D. A.

post.

Mag.

D. A.

p. sc.

Theo.

I. C.

Abra.

gau.

mig.

Canc.

Gef.

L. II.

præsentia filii sui, non solum loquor de
præsentia eius corporali, ratione huma-
nitatis, sed & diuinitatis, quam tempore
Incarnationis præsentissimā sibi habuit,
melius quam Moyles, & Paulus in ratio-
ne obiecti beatifici; vnde D Cyprianus
de Christi
nascit.
D Aug. ex-
pos. super
Magnificat.
D. Anton. 4.
p. summ.
13.1.17.
Albert. Ma-
gnum super
incarnationis Verbi diuini percepit, non
misi c. 96. dixit de præsenti, exultat spiritus meus, sic
canceller.
ut dixerat: Magnificat anima mea, sed de
præterito subiūs, exultauit spiritus meus,
quo (ni fallor) quasi digito indicate vo-
luit lēticiam illam, qua Christum conci-
piens anima eius fuerat perfusa. quōd si
regius Vates referet, ob redemptam Sio-
nenm lētatos, & exhilaratos valde Israeliti-
tas, cecinisse canticum illud: In conuertendo
Dominus captiuitatem Sion, facti sumus
sicut consolati, tunc repletum est gaudio os no-
strum, & lingua nostra exultatione: tunc di-
cent inter gentes, magnificauit Dominus face-
re cum eis: magnificauit Dominus facere no-
biscum, facti sumus lētantes: Si igitur popu-
lus israel videns redemptonem Sionis
ad eū exultauit, quidni B. Virgo clare vi-
dens non solum humani generis redem-
ptionem, sed & illius auctorem Deum &
hominem exultaret? Exulta sanè Dei-
para, cum Dominus captiuitatem mun-
di conuerte iam inciperet, facta est Vir-
go sicut consolata, incredibili animi co-
solatione recreata, tunc repletum est gau-
dio os eius, & lingua eius exultatione,
tunc dictum est inter gentes, magnifica-
uit Dominus facere cum illa; facta est lē-
tatio

tans, & exultauit spiritus eius in Deo sa-
luti suo.

Illud autem in quæstionem vertunt In-
terpretes hoc loco, an beata Virgo prius
magnificauerit Dominum, deinde exulta-
uerit in illo; an vero ē contrā, prius ex-
ultauerit, deinde magnificauerit? D Bonavent.

D. Bonavent.

expressius idipsum concedens B. Virginis,
inquit: Vidi illi maiestatem, gaſtastis suauita-
tem, ideo quod intus hauseras, foras propina-
fis, & in iustitia eius exultaſti: & paulo in-
ferius: Reuerendam vniuersi eterni numeris
maiestatem, interna visione contueri se mani-
festè declarauit. hoc idem docuerūt etiam

D. Antoninus, Albertus, & Cancellarius

Theolog. tit. Patiensis. Atque hinc est, quod B. Virgo

vt significaret eximiam illam, atque in-

dicibilem exultationem, quam tempore

incarnationis Verbi diuini percepit, non

misi c. 96. dixit de præsenti, exultat spiritus meus, sic

canceller.

ut dixerat: Magnificat anima mea, sed de

præterito subiūs, exultauit spiritus meus,

quo (ni fallor) quasi digito indicate vo-

luit lēticiam illam, qua Christum conci-

piens anima eius fuerat perfusa. quōd si

regius Vates referet, ob redemptam Sio-

nene lētatos, & exhilaratos valde Israeliti-

tas, cecinisse canticum illud: In conuertendo

Dominus captiuitatem Sion, facti sumus

sicut consolati, tunc repletum est gaudio os no-

strum, & lingua nostra exultatione: tunc di-

cent inter gentes, magnificauit Dominus face-

re cum eis: magnificauit Dominus facere no-

biscum, facti sumus lētantes: Si igitur popu-

lus israel videns redemptonem Sionis

ad eū exultauit, quidni B. Virgo clare vi-

dens non solum humani generis redem-

ptionem, sed & illius auctorem Deum &

hominem exultaret? Exulta sanè Dei-
para, cum Dominus captiuitatem mun-

di conuerte iam inciperet, facta est Vir-

go sicut consolata, incredibili animi co-

solatione recreata, tunc repletum est gau-

dio os eius, & lingua eius exultatione,
tunc dictum est inter gentes, magnifica-

uit Dominus facere cum illa; facta est lē-

tatio

D. Bonavent.

rat, ideo anima in voce magnificabat, & ideo super Luc.

exultationem de præterito, & magnificatio-

nem de præsenti ponit, quia exultatio est natu-

ra prior: vult ergo Seraphicus Doctor, q̄

B. Virgo coelestium gaudiorum, ac æter-
næ dulcedinis miram atque indicibilem

suavitatem ex Christi conceptione præ-

sestati, in Deo salutari suo in primis ex-

ultauerit, & deinde Dominum suū voce

laudans magnificauerit, quasi interna lē-

titia, tanquam causæ, externa indititia, ac

certa argumenta veluti effectus præbens:

confitmantq; hanc interpretationē verba

D. Basilij, dum explicans verba illa: Exul-

tauit spiritus meus: inquit: Primum fructus comment.

spiritus est pax, & gaudium, prius exultauit, huius loci.

deinde magnificauit, cum magnificatio

non sit primus fructus spiritus. ceterum

alij non minus probabilem putant oppo-

Cornel. Ian-
dixit, Magnificat, deinde, exultauit, cum enīp sen. super

magnificare pertineat ad intellectuam vim, Luc.

exultaure vero ad voluntatem, & affectum,

istud ex illo nascitur.

Sed iam tempus est, vt sequentia ver-

ba: in salutari meo: exponere aggrediamur.

similia his verbis fuit illa Davidis: An-

ima mea exultauit in Domino, & delectabi-

tur super salutari eius: necnon illa alia Ha-

Habac. 3.
psalm. 34.
1. Reg. 2.

bacuc in suo cantico: Ego vero gaudebo in

Domino, & exultabo in Deo Iesu meo: persi-

milia etiam illa Annae Samuelis matris:

Exultauit cor meum in Domino, letata sum

in salutari tuo. Nominē tamen salutaria, in-

telligit sine dubio B. Virgo non Deum

præcisē, sed iam hominem factum, vt sic

enīm est salus, redemptio, & recōciliatio

nostra: vnde exulta illa, in salutari suo,

lētatio

Hhhb. p. lētatio

lætitia sanè erat spiritualis, & sensibilis, qua Deipara gestiebat in prolem suam, quam vtero gestabat. Hinc eleganter D. August. Augustinus: Promittitur Virgo filius per visitationem sancti Spiritus, hac illa audiens gaudet, cupitq; effici mater, & tursus: Exaltas Maria, & mairens se letat miratur, & de Spiritu sancto se protulisse gaudet; nec quia peperit innupta, terretur, sed quia genuerit cum exultatione, miratur. Angelus Coelestinus, I. Cale- aliam viā ingressus, per illa yerba in Deo super salutari meo, omnes diuinas personas in- l'is. discer. i. discever. salutari, ecce Filium, meo, ecce Spiritum sanctum, quia speciali ratione se Virginis donauerat in sponsum, addit etiā, quod cum Deus simul sit creator, salvator, & glorificator, ad hæc tria munera respicere. B. Virgo dixit: in Deo salutari meo, in Deo, propter respectum creationis, iuxta illud: In principio creauit Deus cælum, & terram, salutari propter respectum redemptionis, iuxta illud: Benedictus Dominus Deus Is- rael, quia visitauit, & fecit redemptioñ ples sue, & meo tandem propter respectum glorificationis, quia dum filius Dei factus erat filius Virginis, certissimum futura gloria pignus accepérat. Non infi- ciāmūt hæc mysticas; sed prima expostio literalis est, immò credidemus consulto non dixisse, exultavit spiritus meus in Deo creatore meo, sed salutari meo, quia non tam de creatione, quan de salute, & iustificatione nostra nos exultare debet doce- ret, nihil enim nobis creati vtile fuisset, nisi per Christum recreari & reparari profuisset, unde obseruatione digna est mi- rabilis hæc antithesis, nimur, quod Deus in creatione mundi gaudet, & de- lectatur, quando appendebat fundamenta ter- re, cum eo eram cuncta componens, & dele- habar per singulos dies, iudens coram eo, in reparatione verò lacrymatur iuxta illud Pauli, cum clamore valido, & lacrimis offe- rens, exaudiens est pro reverentia sua. è con- tra verò homo cum nascitur, gemit, & plorat: primam vocē emisit plorans: cum ve- rò iustificatur, licet aliquin dolores, vt

parturientis ante sustineat, vehementer tamen postea lætitatur, iuxta illud: Ckm. au. 10. sem peperit puerum, iam non meminit pressu- re propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Voluntas quidem peccatoris, cum ad Deum conuertitur, Spiritus sancti virtute secundata parit spiritum salutis, hoc est, actum conuersionis, & de hu- iusmodi partu gaudet, quia natus efflo- mo in mundum, tunc enim cum iustifi- catur, incipit esse homo, quia verè ante iustificationem, ob deformitatem pecca- ti, comparatus est iumentis, & simili fatus Psal. 42. est illis: dolore igitur, & anxietate illa, quā in Cruce sustinuit, lucratus est Christus peccatori lætitiam, & gaudium, quo in iustificatione sua perfunditur. Ex quo etiam constat obligatores nos esse Deo propter beneficium redēptionis, quā creationis, tūm quia creauit nos gaudēs, redemit dolens, tūm quia dolore suo, iu- stificationis nostræ gaudium acquisiuit, & comparauit, tūm quia in creatione es- se naturale accepimus, in redēptione vero, cuius virtute iustificamur, esse su- pernaturale & diuinū participamus, diuinæ consortes facti naturæ, vt verbis D. Petri 2. Pet. loquar.

Sed pergo iam aperire singularia arca- na qua latent in verbo illo, meo. recte quidem ait meo: Primo, quoniam totum corpus Christi, quo mediante Deus factus est salutare nostrum, ex solius Virginis purissimis sanguinibus formatum fue- rat, nullum in eo fætu vir partem habens, ut potest, quæ sola Spiritus sancti obumbratione concepisset: Secundo, propterea ap- pellat Deipara Christum Dominum Sal- uatorem, salutare suum, vt vniuersale com- munis salutis beneficium, peculiare & proprium sibi faceret ob magnitudinem suæ charitatis, & gratitudinis erga Deum: hanc imitatus D. Paulus ad Galat. loquens Galat. 2. de Christo dixit: Qui dilexit me: & tradidit semetipsum pro me, super quæ verba Diuus D. Chrysost. exclamat: Quid facis Paule, dum sup. epist. ad communia propria tibi vendicas? quæque pro Gal. 2. toto terrarum orbe facta sunt, tibi faci pe- culia-

Gen. 1.

Luce 1.

Pron. 8.

Hebr. 5.

Sap. 7.

psal. 62.
gularia? Cām consideraret Apostolus infirmatē humana nature, & ineffabilem Dei sollicitudinem, tām quibus ipsius malis liberari, que bona largitus esset, inflammatis illius desiderio, hanc in modum loquitur: quandoquidem & prophete non raro Deum communem, sibi proprium faciūt, hoc modo loquentes: Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo. Præterea vero declarat Paulus, hoc quoque par esse, ut quisque nostrum non minus agati gratias Christo, quām si ob ipsum solū aduenisset. Neq; enim recusatus erat, vel ob vñū tantum exhibere dispensationem: haec tenus D. Chrysostom. Tertio addidit Deipara confutatē particularam illam meo, coniunctam cum salutari, seu Iesu, qui Saluator interpretatur, ut significaret se specialem aliquam, ac singularem salutis rationem p̄e omnibus aliis à Christo obtinuisse, ut cū alios à peccati originalis morbo sanaret, Virginem ab incurrenda huiusmodi infinitate præseruasset, ac propterea inter redemptos à Christo ipsa principem locum teneret. Quia tamen de huiusmodi præservatione permutata dixi libro primo de arcans prædestinationis, atque immaculatae conceptionis Deiparae Matris, nunc solum celebrem quādam. Parcipia i legem ei aptabo: ille quidem in Lsunt, ff. de relig. & sumptibus funerum, loquens de inferendo cadavera in alieno fundo docet, opus esse non semel iustitiae ratione, religionis rationi postponi, verba eius sunt hæc: Rationem insuper habemus, (id est, contemnimus) qua non nunquam in ambiguis religionis questionibus omitti solet, nam summa ea est ratio, que pro religione facit: licet igitur iuxta legem iustitiae diuinæ omnes per naturalem propagationem ex primo prævaricatore Adam oriundi peccatum originale incurrere debant, merito tamen B. Virgo excipitur ab ea communī lege; quia ex eo quod futura erat mater Dei, ratio religionis, qua quandoque iustitiae rationi anteponenda est, postulabat, ne peccatum originale contraheret: Nam summa ea est ratio, que pro religione facit: si ergo summa est

ratio religionis, maior ea non est ratio illa communis diuinæ iustitiae, ut incurrit omen peccatum originale, ut significaret igitur B. Virgo, hac speciali ratione præseruando illam à peccato originali, Christum Dominum fuisse Salvatorem, & salutare suum, idcirco notanter dixit: In Deo salutari meo, licet alioquin non ipius solius, sed & omnium communis esset Salvator. cui sit honor, & gloria in secula seculorum. Amen.

HOMILIA XIV.

In eadem verba: Exultauit spiritus mens in Deo salutari meo: exultationem Virginis prosequimur, cuius exemplo docemur in Creatore, non in creaturis exultare, & delectari debere, maximè cum creata bona, caduca, brevia, fallacia, & futilia sint.

DI VVS Augustin. versans illa Davidis verba: Cor meum, & ea- D. August. ro mea exultauerunt in sup. Psal. 88. Deum viuum: ait. Vnde e cultatio, nisi de sye? in quo exultaerunt? In Deum viuu. Quid ibi exultaerunt? Cor meū, & caro mea vnde exultaerunt? Nam & paſſer, inquit, inuenit ſibi domum, & turtur ni- dum ſibi, vbi ponat pullos ſuos. Quid eft hoc? Duo dixerat, & duo reddidit in similitudi- nea uiuum. Dixerat exultaſſe cor ſuum, & carnem ſuam, & his duobus reddidit paſſerem, & turturem, cor tanquam paſſer, caro tanquam turtur: Inuenit ſibi domum, vbi quiescat, & caro, tanquam turtur, inueniat ſibi ni- dum, vbi ponat pullos ſuos. Sic spiritus Virgi-

topia in
libr.l. psal. ff. de
mag. &
sumptibus.Pagan.
Magistr.